



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117875**

§. 47. Libelli surrepti & redditii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](#)

## §. XLVII.

Sæculum IX.  
A. C. 870.*Libelli surrepti, & redditii.*

At Græcorum aliqui Ignatium Patriar-*vit. Hadr.*  
 cham & Basilium Imperatorem se-*Not. Anast.*  
 creto adeunt, & queruntur, traditione<sup>p.</sup> 990.

E e 2

Libel-

vare potuit, dissimulat sicut Caveus & alii Pro-  
 testantes. Quid demum sit cœcum esse, si hoc  
 non est? Tum Photium cum S. Ambrosio e-  
 tiam e Laico in Episcopum ordinato conferre  
 Basnagium non pudet. Tandem addit: Ajunt  
 (nempe Catholici) Photium Sedem Ignatii Im-  
 peratoris jussu depositi invasisse: *Quasi illud*  
*juris ab initio fere non habuissent Imperatores,*  
*quoslibet Patriarchas deponendi, aliosque in*  
*Sedem expulsorum promovendi. Id Theo-*  
*dora fecit, quæ ipsi Baronio tanto erat in pre-*  
*tio. &c.*

Talia Protestantium asserta, sicut sine ullo  
 arguento temere affirmantur, ita etiam præ-  
 fracte negantur. Quoriescunque Patriarchæ  
 Constantinopolitani depositi fuerunt, vel id in  
 Conciliis legitime congregatis & ex justa causa  
 factum, vel ubi Imperatores pro suo lubitu Præ-  
 fuses ejecerunt, id semper contra constantem  
 & antiquissimam Ecclesiæ Disciplinam per nefas  
 attentarunt. Exemplum ejeci Joannis Lecono-  
 mantæ & electi Patriarchæ Methodii, favente  
 Theodora Augusta, cum Photii cauta nullam  
 habent affinitatem. Theodora convocavit E-  
 piscoporum Concilium,  $\ddagger$  Methodius libere &  $\ddagger$  *Fleurius*  
 canonice electus est, & pulsus Joannes, mani-*L. XLVIII*  
 festus *§. 6.*

Sæculum IX. Libellorum, quibus Legati secundum for-  
A. C. 870. mulam Roma allatam subscribi peti-  
sent, Ecclesiam Constantinopolitanam in

Romanorum potestatem fuisse redactam, nec alia via libertatem amissam recuperari posse, quam si hi Libelli sibi restuerentur. Addunt, clausulam subscriptioni Legatorum insertam, occultam fraudem esse, qua Judicium Concilii rursus possent subvertere, & pristinas turbas reducere. Imperator, his suggestionibus commotus, jubet præfectos suos, quibus Legatorum Romanorum cura demandata fuerat, explorare tempus, quo illi in aliquam forte Ecclesiam cum suis digrederentur, tuncque eorum domum intrare, & hos libellos clam auferre. Ergo Legatis ad colloquendum Patriarchæ in ædes ejus se conferentibus, præfecti, ut imperatum erat, plurimorum libellorum partem nemine vidente surripiunt. Sed omnes reperire non potuerunt, quoniam Legati, illud ipsum, quod evenit, subodorati præcipuorum Episcoporum Libellos solertissime occultaverant.

Legati

festus Hæreticus, & dudum a Communione Ecclesiæ Catholice exclusus; cum econtra adversus Ignatium ne quidem hostes quidquam, nisi Michaelis Imperatoris, cui Religioni illudere volupe erat, voluntatem nullo jure subnixam, aut abdicationem Ignatii commentitiam, affabant.

Legati domum reversi furtum notant, Sæculum IX.  
 quo vehementer afflitti, adscitis etiam A.C. 870.  
 Ludovici Imperatoris Oratoribus Sup-  
 poprimo & Anastasio, Basilium Impera-  
 torem adeunt, cui Romani: *Nunquam  
 redire Romanum audebimus sine libellis;  
 tibi vero laborum omnium, quos pro pace  
 Ecclesiæ tulisti, fructus perit.* His Lu-  
 dovici Oratores subjiciunt: *Indignum  
 sane est tanto Imperatore, opus suum  
 destruere.* Cum illi libelli te consen-  
 tiente dati fuerint, si te pænitentia  
 subiit, id palam profitere. Si autem be-  
 ne factum, quomodo salva auctoritate ser-  
 vulorum furtum dissimulas? si dicas, te  
 inscio fraudem esse factam, tunc demum  
 fidem adstrues, si libellos ab illis, qui-  
 bus Legatorum curam, obsequii causa,  
 commisisti, & quorum proinde est, rerum  
 amissarum rationem reddere, restitui  
 juss eris. Tandem postquam diu mul-  
 tumque eandem rem rogassent, ægre ob-  
 tinuerunt, ut restituerentur. Reddi-  
 tamen sunt libelli omnes, nec unicus de-  
 fuit, quos illi Legatis Ludovici Impera-  
 toris tuto in Italiam deferendos tradide-  
 runt.

### §. XLVIII.

#### *Colloquium de Bulgaris.*

Soluto Concilio, quæstio de Bulgaris in  
 conventu privato tractari cœpta.

Ee 3

For-